UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103084

§.XX. Die Holländer offeriren ihre Mediation zwischen Schweden und Dännemarck; Der General-Staaten Schreiben an die Königin von Schweden.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51787

Visual Library

1644. Febr. chen und Mißtrauens, ob zwar ſonſt die allgemeine von Uns ſeithero geführte Tractaten ſo Fried-vergeſſentlich Schwediſcher Seits turbiret worden, ein Ernſt gethan werde, in guter Recommendation halten, weniger dahin rathen helffen, daß abſeitig, und Nobis excluſis, zu einiger Friedens-Handlung, oder Schluß, ſonderlich mit Schweden, geſchritten werden möge; Dann es je eine groſſe Verantwortung gegen die Poſterität heut oder morgen geben wollte, Uns als einen um das Reich ſo wohl verdienten Mitſtand, und reſpective Nachbahrn und König, dabey ſo ſchlecht zu vergeſſen, und aus der Acht zu laſſen, habens euch auf euer voriges nicht verhalten mögen, und ſeynd euch ſammt und ſonders zu beſondern Hulden und Königlichen Gnaden wohlgewogen. Geben in Unſer Stadt Odenſee, den 18. Febr. 1644. 1644. Febr.

§. XX.

Die Holländer offeriren ihre Mediation zwiſchen Schweden und Dännemarck.

Jedoch fehlete es nicht an Vermittelung, dieſe zwiſchen Schweden und Dännemarck entſtandene Uneinigkeit zu ſchlichten. Die General-Staaten von Holland offerirten Sich, in nachgeſetztem Schreiben an die Königin von Schweden, zu Mediatoren zwiſchen beyden Cronen.

Der General-Staaten Schreiben an die Königin von Schweden.

Rumor non tantum hic initio percrebuit, verum etiam per literas manusque pro certo nobis relatum fuit, quod Regiæ Majeſtati Veſtræ viſum fuerit, per Suum Chiliarchum, Dominum Leonhardum Torstensohnium, cum exercitu Regio, invaſionem fieri in utrumque Schleswigico-Holſatiæ Ducatum, quam quoque ulteriores comitati ſunt ſucceſſus, quorum incommoditates Regiæ Sacræ Majeſtatis Daniæ ditiones & ſubditi ſummo cum doloris ac miſeriæ affectu ſentiunt, atque citra omne dubium etiamnum ſenſuri erunt, in locis præcipue ab omni præſidio militari vacuis, aut quorum incolis belli onus eſt inſuetum. Et quamvis Nos usque huc fundamenti rationes lateant, quarum reſpectu Regia Veſtra Majeſtas mota, hujusmodi reſolutionis atque executionis modum ſuſcipere ſtatuerit; nihilominus tamen ſuperſedere non potuimus, Regiæ Majeſtati Veſtræ repræſentare Noſtræ opinionis ſuper hoc opere ſenſum, quod videlicet hujus continuatione, procul dubio interrumperetur, ad minimum per tempus aliquod, Regiæ Sacræ Majeſtatis Daniæ memorabile & ſumme laudabile inſtitutum de reducenda & reſtituenda Univerſali Pace diſſipatæ Chriſtianitati, in quo negotio ſumme memoratus Rex jam undecim fere annis, maximo cum labore ac impenſis, indefeſſe cooperatus fuit; deinde, quod, exæſtuante hoc recenti bello, communis Chriſtianitatis cauſa in Germania, tam ratione Religionis, quam Regiminis, magis magisque premeretur, periculisque exponeretur illorum, qui ſuam magnitudinis authoritatem ſtabiliendam, & ſupercilioſos conatus per ejusdem oppresſionem totalemque ruinam enixe quærunt extollendos, præterquam quod Evangelici Principes & Status forte exciderēt firma ſua ſpe, quam ſemel conceperant, tandem per Regiæ Sacræ Majeſtatis Daniæ cooperationem ad Univerſalem Pacem redire, aut illa deficiente, mediantibus Regiæ Majeſtatis Veſtræ victricibus & triumphantibus armis, poſt tot tantasque calamitates & perpeſſas miſerias, illorum priſcam libertatem & tranquillitatem conſequi poſſe, quarum cauſa Regia Veſtra Majeſtas tantum de ſuo exhauſit ac conſumſit, tantum fidelium ſuorum ſubditorum atque incolarum cruoris, pro mero ac vero affectu & zelo propter communem cauſam, profudit, quorum fructus Regia Majeſtas Veſtra haud perceptura eſſet, quod inde aperte conſtat, dum Regiæ Majeſtatis Veſtræ hoſtes, reflexis Ejusdem armis verſus Schleswicum & Holſatiam, permultas civitates & fortalitia in Germania ſubegerint, ſubigique porro contenderint. Et licet Regiæ Majeſtatis Veſtræ arma inſignes ſucceſſus & victoriam, ad detrimentum memorati Regis Daniæ obtinuerint, nihilominus belli eventus

incertus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1644. Febr. incertus & anceps præcipue dum illud uno eodemque tempore adverſus duos potentiſſimos Principes geratur, tandem per continuationem dicti recentis belli, communis commerciorum uſus in mari Balthico interturbaretur, aut penitus tolleretur, quoque conſequenter & per reflexionem in damnum Regiæ Majeſtatis Veſtræ ſubditorum atque incolarum inevitabiliter redundaret. Qua propter amore pacis & tranquillitatis publicæ moti, ſumme neceſſarium duximus Regiæ Majeſtati Veſtræ, virtute amicitiæ & vicinitatis hactenus ſub invicem cultæ, noſtram interpoſitionem & mediationem, ad reſtaurandam priſtinam amicitiam & ſinceram confidentiam inter geminas haſce Coronas, (prout juxta præſentes ejusdem tenoris litteras etiam præmemorato Regi Daniæ ſignificavimus) offerre, quod æque pactis & transactionibus, quam vi armorum obtineri poſſe, certo arbitramur, & hac noſtra interpoſitionis ac mediationis oblatione ab utraque belligerantium parte acceptata atque admiſſa, nos de eo informari non defuturi erimus, ad conſequendum tam ſalutaris inſtituti ſcopum, quæcunque officia & ſtudia noſtra quam paratiſſima impendere, firmiter conconfidentes, Deum almæ pacis authorem, ejusdemque aſſertorem, talibus auſpiciis Divina gratia ſua adſpiraturum eſſe. Quibus finientes, Sereniſſima & Potentiſſima Regina, Deum Ter Opt. Max. rogamus, ut Regiam Majeſtatem Veſtram diu conſervare & feliciter regnare velit. Datæ Hagæ Comitis d. 8. Februar. 1644. 1644. Febr.

§. XXI.

Imgleichen bietet ſich Franckreich dazu an.

Deßgleichen bot Franckreich ſeine Mediation an, und ertheilte deßwegen der COMTE d'AVAUX aus dem Haag, an den Reſident St. ROMAIN, beſondere Commiſſion, ſolches dem Däniſchen Geſandten von Langermann zu Oßnabrück zu hinterbringen, wie davon die Kayſerlichen Geſandten an ihren Hoff, unterm 25. Febr. Bericht erſtattet.

Selbiges aber ſahen ſie zugleich vor einen prætext an, damit die Frantzoſen deſto beſſer ihren bißherigen Verzug, auf dem Congreſs zu erſcheinen, entſchuldigen möchten, wie ſolches aus nachſtehendem Schreiben des Kayſerlichen Geſandten CRANII, an den Spaniſchen Grafen ZAPPADA erhellet:

Des Kayſerlichen Legati Cranii Schreiben an den Spaniſchen Grafen Zappada.

Excellentiæ Veſtræ literas de 24. hujus, recte accepi, una cum transmiſſo mihi libro, pro quo maximas ago gratias; Informationem iſtam quæſivi, & certe e re ac ſervitio Sereniſſimæ Domus eſt, exemplaria omnia inter domeſticos diſtribui, ita tamen, ut eorundem manus non egrediantur. Ego ſane in eo religioſus obſervator ero, ut exemplar mihi concreditum ad alienas non deveniat. Quod ad Tractatus noſtros Pacis attinet, Galli procul dubio novam tergiverſandi anſam arripient ex obitu Papæ, & nobiliorem adhuc, ex ruptura cum Dano, volentque, id negotium ſeparato prius Tractatu componi, quam hiſce Univerſalibus initium dari, quemadmodum jam actu Corona Galliæ ſeſe apud Regem Daniæ pro mediatrice inſinuat. Unde Plenipotentiariorum Gallicorum quæſita cunctatio fraudi ac illuſioni vicinior eſt, quam rectæ intentioni, aliquid ex ſolido circa negotium Pacis tractandi, ſtudia etiam eorundem, dum ita ad quemlibet leviusculum ventum videntur mobiles, & magis pro invenienda nova tergiverſandi materia, quam amputanda, ſolliciti, ſatis demonſtrant, quidnam ab ipſis deinceps circa hoſce Tractatus ſit expectandum, ut adeo negotium non tantum modeſtam repræſentationem, ad eum, quem V. Excell. ſuggerit, modum, (qui nemini fraudi eſſe poteſt) admittere, ſed imo ſeriam exprobrationem & proteſtationem publicam contra partem adverſam, quod in cauſa tam ardua, ſalutem totius Chriſtianitatis concernente, tam proterve ac tepide, ac non ex fide procedatur, ex juſtitia requirere & efflagitare

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN